Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nedibus cedat. talis anima uelut adulterio
corporis maculata. neq; crescere. neq; multipli
cari legitime dicitur. Quoniam quidem filios adul
terorum imperfectos scriptura designat. Cum uero
si paenitus talis anima quae spiritus coniunctio
ne desecta sensui secundum carnis et desideriis cor
poralibus totum prosternit. uelut auersa a deo in
pudenter audiet. quia facies meretricis facta
est tibi sine pudore. effecta es ad omnes. uelud
meretrix. Ergo puniatur. et filii eius ad occisio
nem praeparare iubentur. Et dominamini pis
cium maris. et uolatilium caeli. et iumentorum. et omni
um quae sunt supra terram. et repentium. quae repunt
supra terram. Iam haec interpretatus secundum litteram
cum diceremus. quod dixit dominus. faciamus hominem.
et reliqua. Ubi dicit. et dominentur piscium maris.
et uolatilium caeli. et terrae. secundum allegoriam
tamen in piscibus. et uolatilibus. uel animalibus.
et repentibus terrae. Et mihi uidentur indicari.
De quibus nihil ominus superius diximus. Id est
uel quae de sensu animae. et cordis cogitatio
ne procedunt. uel quae ex desideriis corpo
ralibus. et carnis motibus proferuntur.
quorum sciquique et benedictionem dei in semetipsis seruantes. domina
tionem exercent agentes totum hominem secundum spiritus uoluntatem. peccata